

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Band: 46 (1891)

Artikel: Gründung der Pfarrei Hasle und Ablassertheilung für die Kirche (1465)

Autor: Brandstetter, Josef Leopold

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-114752>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 17.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

fant Qua (?) tage, do man zahlt | von Gothes geburt, drükehñ hundert jar dar nach in dem vierzigsten jare.

Obige Matte im Moos gehört jetzt Herr Theoring von Sonnenberg sel. Erben. Die Urkunde liegt in Privathänden.

(Bruchstück v. Sigel mit S. h. hängt an der rechten Ecke.)

2.

Gründung der Pfarrei Hasle und Ablastertheilung für die Kirche.

Mittheilung von Jos. L. Brandstetter.

1465. 19. September.

Burchardus Dei et apostolice sedis gratia episcopus Constantiensis Omnibus presentium inspectoribus notitiam subscriptorum cum salute in domino. Sempiterna crediti nobis officii desposcit sollicitudo, ut | cunctorum nobis subjectorum incommoditatibus et dispendiis intento studio succurramus et ad illa nostre mentis intentionem convertamus, que ipsorum indempnitati et saluti respicimus oportuna. | Sane itaque pro parte villanorum et incolarum villagii in Hasle Constantiensis diocesis exhibita pridem nobis petitione, que continebat, quod quivis ipsi jure parochiano ecclesie parochiali in Mentznaw hactenus subfuerint et a plebano ejusdem ut eorum vero pastore sacramenta ecclesiastica receperint et eidem parochio debita dederint, quia tamen propter notabilem et magnam distanciam dicte | parochialis ecclesie a suarum habitationum locis montium intermediorum asperitatem, callium duritiem, nivium precipitem tempore hiemali habundantiam, innundationes quoque inde provenientes | aliaque pericula frequentius se offerentia temporibus superioribus in divinorum obsequiis pro sacramentalibus et sepultura ecclesiasticis consequendis multas perpessi existant incommoditates et dispen | dia et tempore procedenti, nisi eis oportune consulatur, pericula graviora inde verisimiliter evenire posse formidarent, unde ipsi sub hujusmodi periculis et dispendiis diutius constituti, qualiter | eis et suis successoribus contra ea oportune provideretur, mature delibe-

raverint et de eo tractatus habuerint quam plures, tandem proinde considerantes, quod si capella filialis in dicto eorum villa | gio constituta cimeterio consecrato pro inibi cedentium sepultura, baptisterio campanili et aliis signis et insigniis (!) parochialem ecclesiam representantibus adornata et predicta in parochialem ecclesiam post | cessum aut decessum dilecti in Christo Yppolliti Wiener, rectoris seu plebani ecclesie parochialis in Schürpfen (!), cui ipsi exponendo, donec advixerit et ejusdem ecclesie rector extiterit, ex causis premissis, in | eorum cura et oportuna provisione ordinaria auctoritate per nos commissi sunt, erigeretur et a dicta parochiali ecclesia in Mentznaw separaretur, incole quoque et villani pretacti ab ecclesia parochiali eadem ac jugo et jure parochianis existentibus solverentur et ecclesie nove subjicerentur et perpetuo unirentur, pericula et dispendia cessarent pretacta et commoda eis advenirent auctore domino profutura, | obvenientes venerabilem et religiosum in Christo dominum commendatorem domus in Hitzkilch, cui dicta ecclesia in Mentznaw asseritur esse incorporata, nec non modernum plebanum ejusdem ecclesie pro consensu ad | hujusmodi separationem erectionem unionem et absolutio- nem interveniendo devotius interpellaverint, qui ex pretactis et aliis causis rationabilibus moti pro evitacione periculorum et dispendiorum pretac | torum consensum suum ad hoc adhibuerint expressis; cum autem sicut dicta petitio sub- jungebat, ipsi exponendo plebano dicte ecclesie matricis pro juribus decrescentibus dignam fecerint recompensam | et remunerationem, sint quoque parati proprio sacerdoti in eorum ecclesia residenti et pro eis oportune providenti pro sua decenti sustentatione et onerum sibi incumbentium supportatione redditibus et proven | tibus necessariis providere, , . . . humiliter implorando . . . fecerint sibi super premissis de oportuno provideri et ad separationem absolutio- nem erectionem partitionem et unio- nem predictas procedere. Nos itaque in negotio hujusmodi rite et legitime procedere et nemini interesse habenti et pro jure prejudicare volentes citationem summariam contra om- nes et | singulos sua in premissis communiter vel divisim

interesse quomodolibet putantes ad videndum et audiendum nos de prevaricatis simpliciter et summarie informari et informatione hujusmodi recepta et eorum | veritate comperta ad separationem | absolutionem erectionem et alia prepetita per nos procedi vel si quid rationabiliter in contrarium haberent allegandi in forma et cum communicationibus debitis et consuetis | decrevimus et emisimus. Qua in partibus legitime executata et in illius termino nullo coram nobis apparente oppositore de veritate narratorum predictorum et eorum quorum intererat consensibus inquisi- | vimus diligenter. Et quia hujusmodi diligenti inquisitione premissa per informationem summariam desuper habitam illa veritate fulciri comperimus. Idcirco petitioni hujusmodi ut licite annuentes | capellam filialem in Haßle supradictam, cedente vel decedente prenominate Yppollito plebano in Schürpfen, cui eorum ut parochia provisio commissa existit, in parochialem ecclesiam erigendam | duximus et presentibus exnunc prout exnunc et exnunc prout exnunc erigimus, decernentes et statuantes ut capella eadem post cessum vel decessum ipsius Ypolliti inantea perpetuo futuris | temporibus parochialis sit ecclesia de per se et ab aliis in suis finibus distincta, ad cimiterium campanile campanos baptisterium edificia et alia correquisita habeat insignia parochialem ecclesiam indican | tia et sacerdotem parochialem habeat proprium ad eandem ordinaria auctoritate instituendum et illi in divinis et animarum cura deservientem, et de fructibus proventibus et redditibus pro sua decenti sustentatione | et onerum sibi incumbentium supportatione oportune volumus provideri. Omnes insuper et singulos utriusque sexus homines nunc et in futuro existentes et in villagio Haßle sepefato habitantes | eorumque domus et habitationum loca a prelibata ecclesia in Mentznov separandos duximus et presentibus separamus eosque jure et jugo parochianis, quibus hactenus eidem ecclesie in Mentznov subjacere | astricti fuerunt, penitus et in toto absolvimus et eximimus et dicte ecclesie nove in Haßle et illius plebano pro tempore existenti post dicti Ypolliti cessionem vel decessum subjicimus, connectimus, unimus | et incorporamus volentes et ex auctoritate ordinaria statuantes ut per-

inde temporibus sempiternis villani et incole predicti, qui sunt et erunt, tamque ipsius nove ecclesie eidem et ejus plebano pro | tempore instituendo jure parochiano subsint atque ab eo sacramenta et sacramentalia vivi et defuncti suscipiant et sibi pro tanto parochiana jura reddant, ipseque plebanus illa eis ut suis subditis | ministret et eorum infantes, quos in dicta villa Hablee et illius districtu nasci contigerit in fonte baptismali regeneret et decedentium illic corpora in cimiterio ejusdem ecclesiastice tradat sepul- | ture et alia eis faciat et impendat, que per plebanum suis subditis facienda et impendenda fuerint sine dolo et fraude, juribus episcopalibus et archidiaconalibus in premissis semper salvis, quibus non | volumus in aliquo prejudicari. Et insuper cupientes ut prefata ecclesia in Hablee congruis frequentetur honoribus et laudibus dignis veneretur et ut fideles eo libentius devotionis vel regenerationis | causa confluant ad eandem et ad illius fabricam luminaria libros calices et ornamenta alia ecclesiastica inibi necessaria manus promptius porrigant adjunctrices et ibi preces et orationes suas ad dominum | fundant et caritatis et misericordie opera exerceant, quo exinde dono celestis gratie se ibidem conspexerint uberius refectos, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam eandem in dedicationis et | patronorum illius necnon nativitatis resurrectionis ascensionis et corporis domini nostri Jhesu Christi pentecostes et singulis beate Marie virginis festivitibus et diebus, ac etiam in octavis | festivitatum earundem octavas habentium devote visitaverint seu pro illius conservatione et fabrica aut ad luminaria libros calices et alia ornamenta ecclesiastica inibi necessaria manus porrexerint adjutri | ces aut aliqua alia pietatis et caritatis opera exercuerint, de omnipotentis Dei misericordia et sanctorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies criminalium et unum an]num venialium peccatorum de injunctis eis penitentiis pro qualibet vice auctoritate nostra ordinaria presentibus perpetuo duraturis misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium fidem et testimonium premis | sorum litteras nostras presentes inde fieri et sigilli nostri pontificalis jussimus

et fecimus appensione communiri. Datum in aula nostra Constantiensi anno Domini millesimo quadringentesimo gesimo quinto die decimo nono mensis Septembris, indictione tredecima.

Recepi III florenos.

Das Sigill fehlt. Auf dem umgebogenen Falze steht: Conradus Armbroster subscripsit.

Die Urkunde liegt im Pfarrarchiv Hasle, Amt Entlebuch. Selbe ist in Folge Einwirkung von Hitze theilweise stark zusammengeschrumpft, zerrissen und in den Falten schwer zu entziffern, daher sich in dem obigen Abdrucke einige Lücken finden.

3.

Funde im Eckstein der alten abgetragenen Kirche in Menznau.

Mitgetheilt von Jos. L. Brandstetter.

Im Sommer des Jahres 1891 wurde die alte Kirche in Menznau niedergelegt, da die neue Kirche auf der gleichen Stelle erbaut wird. Im Eckstein fanden sich folgende Gegenstände:

a) Fünf Zinktäfelchen in quadratischer Form vom 5,3cm Seite, auf denen nachfolgendes Memorandum eingekritz ist:

1) Ad laudem et gloriam Sanctæ Trinitadis (!), decus et augmentum Sanctæ Matris Ecclesiæ, in honorem Sanctæ Genitricis Mariæ, Patronorum Joannis Baptistæ et Evangelistæ Anno 1628 Mense Martio 14.

2) Sub Sctmis Rmis Illmis Nobmis P. P Papa nostro Urbano 8 et Episcopo nostro Constant. Joanne de Wallburg, S. R. J. Dapif. et Commissario Lucern. Joanne Cæsare¹⁾ S. S. Th. D. Canonico et Apostolico Pronot. (!) Lapis hic Angularis positus. Item Joanne Christophoro Giel

3) de Gielsperg dicto Gratburg Collatore O. J. Equite, Parocho Gasparo Mocko Beronensi, Sacellano Joanne Bernhart, Edilibus et Presulibus Thoma Wandeler, Jacobo Wal et Adamo Fri et Conrado Näff Joanne Beckh,

¹⁾ Johann Keiser, Dr. der heil. Schrift, bischöfl. Konstanziſcher Commiſſar und Chorberr. † 2. Jan. 1632.